
Poëtae latini recentiores 1308

Fabri Rheti (Ulderichi): Carmen de iucundissima dominicae Resurrectionis festivitate.

Impr. Crac. per Florianum 1524.

Biblioteka Jagiellońska.



I. d. 24.

POËTAE POLON.
N. 42.

V B J C
4340


Poez. 1308.

VLDERICHI

Fabri Rheti Carmen de iucundissima dominicæ Resurrectiōis festiuitate, quo nō ociosa inferorū, iudaicæq; in humani generis seruatorē inuidiæ descriptio habetur.

I.d. 24.



Cim. Qu. 4340

Szaker Antonii II.
460

¶Nobili ac summe integritatis viro domino Nicolao Salomoni ciui Cracouiensi, atq; præcipuo bonarum litterarũ fautori Vldericus Fabri Rhetus. S. D.

Nobilissimi penitioris philosophiæ scriptores generose dñe Nicolae, quos citra omnẽ ↄtrouersiã ex Academicorum, Peripateticorumq; schola primũ emersisse in ↄfesso est, tria nobis bonorum genera, e quibus humana efficeretur felicitas, cũ vere, tũ festiuiter ↄstituerũt. prima animi. Scda corporis, & tercio in loco fallacis fortunæ munere esse voluere. Cũ enĩ homo nõ solũ ex corpore, nec aĩa sola, verũ ex aĩa & corpore, tanq̃ suis (vt ipsi loquunt) ptibus ↄpactus sit, vtriusq; bonis cumulatis summũ hoĩs bonũ idq; felicitatẽ quãdã nuncupantes, fieri demũ arbitrati sunt. Quorum quidẽ sentẽcia vera, & sancta fuisse credit. At quis ignorat animũ corpore multo præstantiorẽ esse: bona idcirco eius tanto alijs quoq; nobiliora putari debent. Et pfecto, vt id quod sentio igenue fatear, illorum felicitati (de humana intelligi volo. Nã æternã vitã optimũ hoĩs bonũ esse ecclesiasticis scriptoribus affirmãtibus me nõ fugit) nihil deest qui intus & foris, hoc est animo atq; corpore ornamenta gerunt, qui præclaris ingenij virtutibus alia adiunxere nõ minus splendida. In quorum numero te optime Nicolae vel cũ primis colloco, in quo mirande animi virtũtes, pleraq; corporis bona, tum id quod fortunæ est liquido ↄspicit. His oĩbus accessit hoc quod certe plurimi faciendũ duco vxor scilicet vita & morum pbitate dotata. optima aũt mulieris supplex pudicitia est. Prætereo interim insignẽ oĩbus in rebus dexteritatẽ, domesticis negotijs solertiam, ac postremo mirã colloquij affabilitatem. Hæc vnice tuis respondet votis. Hæc vt est honestissimorum parentũ sanguine pgenita, animi in sup, corporis, & fortune donis adornata, ita tecũ Nestorios viuat annos precor vt sit mens sana in corpore sano, statimq; pulchra faciat te ple parẽtẽ. Vale, meq; vt soles cõmendatũ habeto Cracouiæ, x). kalendas, Maij.

¶Eiusdem Hendecasyllabi ad Lectorẽ

Vitam quisquis amas dei secundam
Post tormẽta crucis, necemq; acerbã
Qua nos perpetuo redemit orco.
Ardenti studio benigne lector
Nec non casto animo legas precamur
Hos versus licet impolitiores.
Nõ Bachus furit his Venusq; pulchra
Hic non furta Iouis libidinesq;
Expectes Sybariticosue luxus
Sed turpem inuidiam prolis malignæ
In Christum canimus, manusq; seuas,
Letos preterea ducis triumphos
AEterni, & Stygy Iouis ruinam.


BIBLIOTH: UNIV: JAGELLONICAE

¶Ecce redit cunctis iterum lux illa diebus
Letior, at Stygio sæpe timenda Ioui.
Qua deus horrendi predam de faucibus Orci,
Et spolia eripuit ditis opima nigri.
Hec optata diu patribus, preuisa prophetis.
Hec tandem nostros carcere duxit auos.
Panditur Elysium, claustra hac reserãtur Auerni
Ferrea, tum nobis inclita parta salus.
Tartara fracta iacent, ceciditq; iamabile regnũ,
Perdita que fuerant reddidit vna dies.
Salue festa dies summus qua conditor orbis
Virtutum populo maxima signa dedit.
Hanc dominus fecit lucem, preconiã laudis,
Atq; creatori carmina grata sonent
AEterno de patre fluens, mundiq; redemtor.
Ac verbum imensum christe faueto tuis,
Qui celum virtute regis, moderaris & ima.
Orbis & e nutu statq;, caditq; tuo.
Das vitam cunctis, renouas &, morte relicta,
Omnia que tellus, flumia, pontus, habent.
Ante tuum radibus mundi per secula multa
Princeps aduentũ rexerat omne genus.
Nulli cana fides, nulli sapiencia rerum
Profuit altarum, nec pietatis opus,

Crimine nō iuuit quenꝙ transacta sine omni
Vita, nec innocuas continuisse manus,
Forma magis nocuit, vires abiere valentes,
Eloquium, & virtus conditione pari,
Cōtra hūc nil prudēs Salomō, nil fortis Achilles
Nil Priamus, Xerxes, nil quoꝙ Cyre potēs
Doctus Aristoteles, diuini & dogma Platonis,
Omnis ab hoc sophiæ turba reuincta sacrę
Terrarū domitor Iuuenis Pellęus, & ipse
Clauiger Alcides victus ab hoste iacet,
Non valuit Sanson, q̄uis fortissimus esset,
Inferni rigidū vincere iure ducem,
Threicius cantor stygias descendit ad vndas
Euridices frustra ductus amore suæ,
Attentauit idem fido comitatus amico
Pirythous, causa at turpior huius erat,
Oīibus iniecit gelidas mors horrida dextras,
Oēs absorpsit tetra vorago loci,
Supplicij discrimen erat, tamen oībus vnum
Quod cōmune fuit ianua clausa poli,
Roma potens igit̄ falso super astra Quirinum
Extulit, ac veterū nomina clara ducum,
Numina q̄ stulte iactet sua Græcia mendax,
Res satis indicio est, nostraꝙ recta fides,

Tercentū venerata Ioues, & mille vetustas
Alterius sortis nomina vana deum,
Mortales rapuit cunctos immane barathrum,
Et quos gentilitas credidit esse deos,
Est locus infęlix teneberis, rupesꝙ præalta
Quē dicunt Herebū, tartareasꝙ domos,
Mille per anfractos trames deducit in ima
Nempe caui montis, squalida tota via est,
Pallor, hyems, gemitus, pœnarū & mille catherue
Hic lachrimæ, fletus, Eumenidūꝙ furor,
Huc fluit oē malū, locus hic sentina malorū,
Hic belli nutrix, & populator opum,
Pallidus hic habitat liuor, cum turpis egestas,
Verbera dira sonant, stridor & vsꝙ nouus,
Tristicia, ac variæ pestes glomerantur in vnum,
Additur his senium, atꝙ imperiosa fames,
Nox ibi perpetua est, rapidi neꝙ lumina solis
Hęc domus admittit, sordida queꝙ iacent,
Horror inest rebus, necnō trepidatio cunctis,
Sed tamen exuperat singula pluto ferox,
Dux Herebi in medio residens tonat ore furēte,
Atꝙ manu sæus nubila ceptra gerit,
Terribilis facies nigroꝙ simillima Mauro,
Præterea rutilos expuit ore focos,

Annorū cū forte truci numerabat in aula
Ingentem prędā, diuitiasq̧ suas.
Ecce fores pulsat dominus, virtuteq̧ magna
Ingrediens orci pandite limen ait.
Nec mora, fit sonitus, triplices conscendit iniqui
Turma ducis muros, armaq̧ sero parat.
Irruit interea mundi fabricator, & hostes
Cardinibus fractis eijcit, atq̧ ligat.
Protinus occurrunt manes, veruq̧ salutant
Alciden, subito & vincla soluta stupent.
Omnis abest luctus, mœror, tormentaq̧ mille,
Lux tenebris lucet, factaq̧ abyssus iter.
Gratantur domino, laudes, & carmina dicunt,
Cumq̧ redemptori scādere ad astra parāt.
Nox erat, & cœlo phœbe fulgebat aperto,
Solq̧ alij mundo sydere magna dabat.
Exangues tumulo victor quum suscitat artus,
Terra tremens pondus senserat esse suum.
Clarius haud oculis nitido rutilantia phœbo
Ora creatoris fert male sana cohors
Sed gelido concussa silet quasi membra timore,
Luminibus somnū & fingit inesse grauem,
Enthea non patitur mortalis corpora visus
Quod vultus tremuli fulguris instar erat.

Liber, & immunis media sic nocte duellum
Euasit Samson, sagnineasq̧ manus.
Hæc est sacra dies, niueisq̧ notanda lapillis,
Exultent homines, angeliciq̧ chori.
Magna salutaris toti quia gaudia mundo
Attulit, vt dedecus gens recutita tibi.
Firma necis vindex christus de sede trophæa
Inferni statuit, de Stygioq̧ lacu.
In cruce qui passus fuerat, qui carne resumpta
Virginis ex vtero glorificatus adest.
Quippe sepulchra vacant, rubei vexilla coloris,
Linteaq̧ aspicimus candidiora niue.
Surrexit quod læta dies testatur, & omnis
Tum populi plausus, oraq̧ mille virum.
Marcida nec deinceps vnq̄ dominabitur illi
Mors, vbi victa semel vincula dura necis.
Tercius Eoo Titan iam monstrat ab orbe
Igniuomos vultus, æthraq̧ carpit equis.
Nox modo præterijt, celso sol splendet olympo,
Nil minus in tenebris impia turba iaces.
Hoc nos præmonuit vates, quē piscis in aluo
Ortibus, vt constat, delituisse tribus.
Credimus, atq̧ deū toto venerabimur æuo,
Cur igitur verum turpis Apella negas,

Certa velis, nolisue dabit reuolutio cœli
Criminis indiciũ stirps mutilata tui,
Ad vitam redijsse negas mala vipera christum,
Sunt veri testes, scriptaq; digna fide.
Angelus hoc dictis, mariç hoc monumẽta tuẽtes
Indubie adfirmant, veridiciq; viri,
Adde quod est humiles placidis affatus amicos
Colloquijs ortus per quater ipse decem.
Vox, Tristes palpate latus, satis illa fuisset,
Carnibus, & duro spiritus osse caret.
Vosq; Palestinæ campis præcedet Iesus,
Hic, veluti dixit, conspicietis eum.
Quid reserata loquar Solimis sine corpe busta,
Vnius aut comitũ vulnera tacta manu,
Fallere qui nescit quenq;, neq; fallitur vlli,
Pollicitus triduo libera templa fore,
Templũ corps erat domini, quid falsa requiris
Commenta errori gens furiosa diu,
En scelus accedit sceleri, nouus additur error
Heu veteri, grauiorq; vltimus esse solet,
Nõ tantũ resipiscis adhuc nequissima damnis,
Ac viciata graui semper odore canis,
Quid diuina senis iactas tot dogmata Mosi,
Quid ve pios vates, corda referta deo,

Degener, infamis, soboles scelerata, superba,
Impia crudelis, cæca, maligna, vaga,
In Christũ libycis fueras truculentior vrsis,
Et (pudor) hyrcana sæuior vsq; fera,
Immanis quondam Siculi non ira Tyranni,
Nec valuit pœnas tot reperire Nero,
O furor, o rabies, o mens ignaua futuri,
Cæcior & talpis, immemor atq; boni,
Non maius poteras crimen furibunda caterua
In benefactorem sponte patrare tuum.
Sic patribus benefacta tuis ostensa rependis,
Sic præcepta tenes monte relata decem,
Has modo persoluis grates, quod gurgite regẽ
Submersit, sicco te præeunte pede,
Quod patriæ tutor, Terrã quod melle fluentem
Contulit, & sedes, imperiũq; potens,
Pristina quod posuit tam sæpe in iura parentes,
Gẽtis Idumeæ & sanguine natus homo est,
Singula quis reddet, dudũ sunt codice plebis
Illius, atq; sacro dona notata stylo,
Posse mori Christũ proles inimica putabas,
Mors cuius nobis vita perennis erit,
Vno vita fuit, doleas nunc, corpore duplex,
Erratumq; scias, quum sua membra leuat,

Nam fragili coniũcta simul natura superna,
Quam ratio extingui tpe nulla sinit.
Principio diuina caret, tum fine carebit,
Nil letum in talem flebile iuris habet,
Vel mage credebas scelus hoc, crimẽq nefandũ
Per rigidam Christi cõdere posse necem,
Grandia, crede, diu nequeũt delicta latere,
Namq breuis profert abdita multa dies,
Lux hodierna probat, sacri hoc cecinere pphete
Viribus & toto quicquid in orbe viget,
Verpe luis tantas merito pro crimine penas,
Vt nulli vestrum tutus in orbe locus
Phębe, terra, polus, Titan, mare, lucidus aer,
Pulcher & infandũ mũdus abhorret opus,
In te turma ruit passim, Tu lucis amœne,
Splendorem refugis noctua sola volans,
Quisquis amat christi nomen venerabile cũctis,
Is te persequitur, conspuit ora procul,
Exitus infelix superest Christi ecce secundam
Nunc vitam rerum semina prima docent
Cuncta nouos capiunt vultus, noua tẽporis etas,
Omnia cum domino se renouare student,
Terra ferax rerum vario decoratur amictu,
Purpureiq refert vndiq veris opes,

Arua virent violis, flores quoq fundit odores
Blandus ager, vitis palmĩte stillat aquas
Ad summum iam leta seges dat seminis herbas,
Agricole & spondet munera queq suo,
Frõde nemus tegit viridi, de hic germiat arbos,
Et volucrum cantu dulcior aura sonat,
Iam ludunt pecudes luteũ modo garrula hirũdo
Format opus tectis, mellaq carpit apes
Iam molles spirant zephyri, nunc igneus ether,
Atq rosa gracili tota operitur humus,
Sydera quin etiã cœli duodena peragrans
Phœbus in Hesperias tardior intrat aquas
Et pronos reuocare gradus, volucrẽq cathenis
Mallat equũ, & Scythico parrhasis esse polo,
Te christo deuota monet plebs tempus, & anni
Ad laudes nouitas, læticiamq vocat,
Ergo age p meritis hilaro nunc carmina plausu
Turba resurgenti concine grata deo,
Iam sponsi, nuptęq simul properate puellæ,
Huc resonans hymnos contio tota veni,
Reddite concentus varijs iuuenesq, senesq
Vocibus, & castis mox date thura focis,
Vos sacra thuricremas pariter libamina ad aras
Ferte pias casto pectore ferte preces.

Conſcia mens recti, vicio, & ſine crimine vitæ
Plus auro ſuperis, muneribusq; placent,
Cœlicolis dono non nunq̃ eſt gratior om̃i
Simplicitas, niueo pars quoq; lacte litat
Quid flauam quod ſpica ſatis placauit abunde
Sparſaq; vel modico cum ſale liba deam,
Ergo age pro meritis hilaro nũc carmina plauſu
Turba reſungenti concine grata deo,

¶ Finis adeſt, 1524.

¶ Impreſſum Cracouiæ per Florianũ,





